

tum hominū, qui est Ecclesiā, sed quòd ille carus sit ipsa vera Christi Ecclesia, non videmus, sed credimus.

XIX.

Visibilis Ecclesia, qua in externā vera fidei professione, & Sacramentorum communicatione, electis fidelibus reprobos & hypocritas semper habet admixtos: Matth. 13. 38. 48. & 22. 11. & 25. 2. 23. 2 Timoth. 2. 20. quoad Splendorem, tam Externum, quo in florente statu, omnibus conspicua, publicè relucet; quam Internum, seu, fidei & morum integritatem, defectio- nisve periculo, multifariè esse potest, ac sæpius fieri solet, obnoxia. Et quidem de Splendore externo affirmamus, Ecclesiam in eas quandoque redigi angustias, ut tota prorsus defecisse videatur: Sed iis saltem, qui vel infirmitate humanā præpediti, ut olim Elias, 3 Reg. 19. 10. eam inter pios latitantem non animadvertunt: vel odio & malitiā excacati, videre nolunt, 2. Cor. 4. 3. 4, vel denique furoris Diabolici astro perciti, videre nequeunt, ut Tyranni; qui Ecclesiam sæpius adeò persequuntur, ut ipsorum iniuriā, aut sedem pristinam penitus mutare, Matth. 10. 23. aut in quascunque latebras se abdere, Hebr. 11. 38. cogatur, ne se illis, aut mundo, visibiles præbeat. Quod ipsum non vno modo ostendi potest. 1. Expressis prædictionibus Prophetarum, 2 Paralip. 15. 3. Soph. 3. 12. CHRISTI, Luc. 12. 32. & 18. 8. & 21. 16. & seq. Joh. 15. 18. 20. & 16. 2. Apostolorum 2 Thess. 2. 3. & c. 2. Manifestis Exemplis. Tempore enim Patriarcharum, Aliquando, ut ait August. in solo Abel Ecclesia erat: aliquando in solo Enoch: aliquando in solā domo Noe: aliquando in solo Abraham. 3. Idem accidit Ecclesia temporibus Elia, 3 Reg. 19. 10. 18. Rom. 11. 2. 3. Michea. 3 Reg. 22. 8. Antiochi, 1 Mac. 1. per tot. & 2 Mac. 6. 4. 6. 4. Sic tempore nascentis Christi vera Ecclesia in paucis (quod nec Bellar. negare videtur) personis, iisque obscuris, abiectis, & toti mundo inuisis, latitabat: Luc. 1. & 2 c. Similiter tempore Passionis Domini, post Bernhard. nonnulli ex Pontificiis, in Solā V. Maria, Ecclesiam, veramque fidem remansisse asseruerunt. 5. Operta quoque tristiss. tyrannidis velo externa fuit Ecclesia facies, seculis aliquot, durantibus 10. illis sub Imperat. Ethnicis graviss. persecutionum nimbis: de quibus copiosè scripsit Eusebius. 6. Pestifera præterea Ariana hæresis nebula, quasi densiss. quadam caligine, splendorem totius Ecclesie Externum, nimis, proh dolor, obfuscauerant: prout de his idem Euseb. testatur. Hinc gemebunda illa vox Athanasii: Qua nunc, inquit, Ec-

Visibilis Ecclesia Quid & An possit deficere.

I.

Quoad Externum splendorem.

August. in Psal. 128.

Bellar. l. 4. de Notis Eccl. c. 5. §. Primo enim.

Bernhard. de Passion.

Domini c. 2.

Summa Ang. in Voc. Eccl.

Bellar. l. 3. de Eccl. c. 17.

§. Adde quod It. §. Miror.

Euseb. Hist. Eccl. toto lib.

8. Et libr. 10. passim.

Athanas in lib. seu Epist. ad Solit. vitam agent.